HIBERNIAE II. TABVLA.

In qua Vltonia, Connatia, Media & pars Lageniæ.

VLTONIA ad ſeptentrionem Hiberniæ & ad mare Hyperboreum protenſa, Anglis *Vlſter*, Hibernicis *Cui Gully* id eſt prouinciæ Gully, Britannis Vltvv, vocatur. Vt hæc in officio contineretur, quæ omnia iuris, pudoris, & officij repagula perfringere ſolebat, pars eius citerior in tres, & vlterior in ſeptem Comitatus diuiſa eſt.

Comitatus Vltoniæ citerioris.
- Louth 12:14. 55:18.
- Dovvne 13:14.55:43.
- Antrimne, forte vbi lacus Antre 12:7.56:8.

Comitatus Vltoniæ vlterioris
- Monahon 12:0. 55:12.
- Tiroen 12:18.56:2. alijs Tirone
- Armach 12:19. 55:46.
- Colrane 12:18.56:40.
- Donergal forte Dungall. 9:14. 55:48.
- Fermanogh, iuxta lacũ Erne.
- Cauon 11:24. 55:12.

Archiepiſcopus vnus in Vltonia, qui ſedem ſuam habet Armachiæ 12:19. 55:46. & Primas totius Hiberniæ dicitur. Hos habet ſuffraganeos Epiſcopos, Maeth & Deren, Ardach forte Arde 12:18.55:2. Kilmore, Clogher 11: 52.55:46. Doune 13: 14.55:43. Coner 13:8. 56:0. f. Clonck-nos, Raboo, forte Rapo 11: 8.56:18. Dromoore 12:54.55: 52. forte.

CONNATIA ad occaſum Hiberniæ ſita. Anglis *Connagh*, Hibernis *Connaghey* dicitur, & hodie in ſex Comitatus diſtribuitur.

Clariæ 9: 28. 53: 26.	Roſe comin. 10: 15. 54: 37.
Letrimne 10: 6. 53:54.	Maio 8:53. 55: 5.
Galvveiæ 9:17. 54: 6.	Slego 9:5. 55:16.

Sunt etiam in hac Baro de Atterith, Baro de Clare 9: 22. 54: 14. & alij. Archiepiſcopus vnus qui Tvvenij vulgo Toam 12: 19. 55: 46. reſidet, & Momoniæ adiudicatur, ſub quo hi ſunt.

Epiſcopi ſuffraganei.

Kilmako,	Auaghdoune
Olfine, Biſshops Helphen, forte. 10. 13. 54: 49.	Clonfert 8: 20. 54. 7.
	Moroo.

M E D I A, Hibernice *Myh*, Anglice *Meth*, quod ſit in ipſo Inſulæ medio, propter populi multitudinem, caſtrorum & oppidorum fortitudinem & pacem inde natam, vulgo *Camera* Hiberniæ vocatur, & in *Medium* orientalem & occidentalem diuiditur. In Orientali eſt oppidum Droghda 12: 34. 54. 54. In Occidentali Baro Deluiniæ 11: 38. 54: 40.

Meridiani diſtant ratione paralleli 55:60. ad circulum maximum.

VIII

Kansalliskirjasto - Nationalbiblioteket

90

Kansalliskirjasto - Nationalbiblioteket

Kansalliskirjasto - Nationalbiblioteket